

Mercurio reductus, tres horas cum eo collocata est. Quare iterum cum obisset Protefilus...

Gorgie Epi- rota statua

Ejus rare nativitas.

Falsum, in lucem editum, in utero matris posse regredi.

Ovid.

Sacra fontium.

Atid. Rhetor. At Jamblicus de Myster. Aegyptior. haud in Aegypto signat, sed in Achaia.

DIES XXIX. MARTIJ.

1 Grad. 9. Arietis, in quo Scorpius occidit, & septentrio stat pluvius. Ptol. Cervix Corvi oritur vesper.

2 Deflagratio urbis Jericho. Serar. in 6. Josue, quæst. 31. Cuncta post devastationem tradita sunt igni.

3 Pluvia ferotina petitur à Domino in terra promissionis à toto Israël, inter utramque messem, quæ terræ commodissima.

IV. K.

Lucida Arietis.

Germ. Cæl.

Jericho incendiatur.

Prevaricatur Achan.

Pluvia ferotina.

Adi

Adi Sanct. hic n. 38. Terra enim ad quam ingrederis, non est sicut terra Aegypti.

Lapsus David.

Capitur Rabbath.

Corona Melechi.

Elifeus multiplicat panes.

Quid sit potentia?

5 Triennio ab hujusmodi miraculo, cum in scelera magis ac magis laboretur ex instantia Athaliae, uxoris ejus, Joram Rex Juda, ut nec Jerusalem, tibi templum Domini, exempta esset idolis, uti dicitur, 2. Paralip. à 10.

Idumæa reced: à subjectione Regum Juda, & Regem tunc sibi constituit?

Filius ejus jugulatus & usus à Rege Moab.

Exhumatur à Rege Moab cadaver Idumæa Regis, & quare?

6 Hoc planè Rabbincum, cum constet ex sacro textu primogenitum suum, non Regis Idumæa in muro immolatum post jugulum à Mesa, Rege Moab. 4. Reg. 3. 27.

3 Lapsus David. R. Abraham: fusè 2. Reg. 11. Briet. Ann. 2998. Adrichom. Ann. 2901. & Joseph. 7. Antiq. cap. 7. Anno seq. eodem die expugnavit Rabbath.



gem Moab, in ludibrium exhumasse ac combussisse cadaver Regis Idumæ.

7 Recessit ergo Idumæa à Rege Juda Joram impio, crudeli, & nequam, ac sibi civem constituit Regem, quem semper habuit in posterum, excutiens jugum; quod prædixerat Isaac, Genes. 27. 40. Vives in gladio, fratri tuo servies: tempusque veniet, cum excutias & solvas jugum ejus de cervicibus tuis: ut diximus, 23. Januar. num. 1. Nec cæspites, quia cum Princeps Idumæa comes esset Israël adversus Moabitas, dicitur Rex: 4. Reg. 3. 9. igitur, ut observat hic Cajetan. Erat Rex quidem officio, quamvis non titulo. In diebus itaque Joram sumpsit tibi titulum Regis: ibid. 8. v. 21. & 2. Paralip. 21. 8. Statim, ut defectionem Joram rescivit; abiens in Seir, vivit quidem valide resistere ausos; sed levit accepto damno, in speluncas & silvas Idumæi se receperunt metu gravioris cladis: verum recedente in Jerusalem Joram, tentata perfecerunt, regemque habuerunt deinceps. Unde supr. Comestor, hic, cap. 13. & Joseph. 9. Antiq. cap. 2. Post addidit Joram sceleribus scelera, & perfundedit Religionem; in cuius execrationem accepit epistolam ab Elia à paradiso, ut videbimus, 24. Decembr. n. 2. Jam ex multo tempore jugum excutere meditabantur Idumæi: quandoquidem (etiã sub regno Josaphat, justissimi & pii) alienigenis in auxilium contra Judam sociabantur. Quo utique intelligitur illud 2. Paralip. 20. 1. ubi: Congregati sunt filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis. Quinam, si Ammonitæ in exercitu, hi Ammonitæ geminati? Sunt de Idumæis, astu socijs Ammonitarum, cum quibus inturrexerunt adversus Josaphat. Ad rem Hieronym. hic, in Tradition. subdit: Idumæi ob reverentiam fraterni nominis volebant in pristino habitu arma movere contra Israël, sed transfigurabant se in habitum Ammonitarum.

Amilogia.

Idumæi habitum bo-stium sumebant in bello contra Israël.

Christi gest.

8 Anno Christi 34. suscipitur à civibus Jerosolymitanis cum pompa & plausu, fausta illi deprecantibus, quali signantibus palmis triumphum futurum. Reusner. & Gisland. Jam actum, die 20. 8. Pompa Christi regia Jerosolymas intrantis, ejusque pernoctatio in Bethania. Reusner. De hujusmodi articulo & die discordes sunt AA. Tertulianus, Tomiellus, Beuther, & Alva: sequimur (missio Beyerlinck) probabiliora. Juxta sententiam Alapid. peracto itinere tri-duano à Nazareth, Virgo Maria hac die exiit à Jerosolymis in domum Zachariæ, Elisabethaque vivit Verbo divino plena.

9 Romæ Sacra Æternitati. De factis inter Ægyptios cum imaginibus, diximus 20. Juniar. à n. 17. fusè. In præsentiarum duntaxat addi possunt imagines aliæ Æternitatis. Pingebatur fœmina pulcherrima & facie & cultu in curru Circesis; habitu Deæ Cybeles, turrito capite, clavem lævâ gestans, dextrâ crotalum seu sistrum, cujus pileolum vehebatur à leonibus, aliisque insignibus proprijs genitricis Deorum; de quibus diebus præcedentibus egimus, ex Chartario & Albrico. Ei dicatur templum in cuius porticu erat statua hastata, sed hastâ purâ. Hemelar. Aureor. numism. Tab. 41. Etiam hoc in die sacra Amicitia & Fidei. De Fide suo loco agendum, 5. Jun. De Amicitia, aliquid præmittimus, 20. Januar. n. 16. Ejus imago dextrâ junctâ super quas cor unum, & epigraphæ: Fides, Amor: hic medius sistitur inter Honorem & Veritatem, de quo emblemate dicendum loc. cit.

Imagines.

Sacra Fidei & Amicitie.

Imagines.

10 Ita ergo laudata amicitia Damonis & Pythiæ, ut ait Cicero de Offic. lib. 3. Damon & Pythiæ Pythagorica prudentiæ facris initiati, tam fidelem inter se amicitiam junxerunt; ut cum alterum ex his Dionysius Syracusanus interficere vellet, atque interficiendus tempus peteret, ut res suas domum profectus, ordinaret; alter vadem se pro amico reditu, dedit in vincula. Solutus erat periculo mortis, qui collum securi sub-jectum habuerat, & amicus qui securâ vitâ fruebatur securi cervicem subdidit. Manente in vinculis ad propria amicus recessit, cunctis expectantibus, & tyranno maxime, exitum accipiti articulo; sed appropinquante supplicij definitâ die, nec ullo redeunte, unusquisque stultitiæ tam temerarium sponsorem damnabat: at nihil se de amici constantia metuere prædicabat sponsor. Vinculatus duci jubetur; sed eodem momento & horâ à Dionysio constituta, qui eam acceptaverat, supervenit. Admiratus amborum animum tyrannus, supplicium remisit propter eximiam utriusque fidem: insuperque eos rogavit, ut se in societatem amicitia tertium admitterent, sodalitij gradum intimâ culturum benevolentia. Notat hæc Valer. Maxim. lib. 4. cap. 7. Methodus est Platonicæ scholæ, & Socraticæ disciplina. Amor amantibus efficit (ait Rhodigin. 23. cap. 4.) amicitiam: quin etiam pro altero mori. Amicitiam vero cum duorum consensu ad capeffendum animi cultum cominatur; nil esse aliud omnino, quam duorum animorum summam exigentemque concordiam. Unde trium coarctur benevolentia, quando hominibus duobus ita affectis tertius accedit ama-

Amicitia Damonis & Pythiæ.

Quid sit Amicitia?

tor qui amicitia indissolubilis est nodus custosque perpetuus. Nomina Damonis & Pythiæ in Mœrum & Selinuntium, non Dionysio, sed tyranno Phalari, mutat Hyginus, fabul. 257. ut videlicet.

11 Placuit Laurentio Hæchtano metricè utriusque describere tractum in Microcosm. Emblem. 56.

Carceribus Damon miser est inclusus acerbis, Evinctus geminus ad sua terga manus. Consensu Regis patriam remeare perivit, Disponat rectè rebus ut ipse suis. Ecce subit Pythias (quo charum solvat amicum) Carceris interea vincula dura gravis. Tempus adest, lueret pro fido morte sodali, Ducitur ad mortis (res miseranda) locum. Interea Damon rediens, ait, oprime iudex, Hunc dimitte virum, me rape, meque neca. Protinus admirans iudex dimisit utrumque, Atque inter socios tertius esse cupit.

Hæchtano.

Singularis Amicitia imago.

12 Nulla inter Græcos Amicitia figura; sed inter Latinos planè ingeniosa. Amicitia exptumebatur juvenis forma, detecto capite, tunicâ rudi, in cuius fimbria erat scriptum: Mors, Vita. In fronte: Æstas & Hyems. Habebat latus apertum usque ad cor, & brachium inclinatum, digito cor ostendens fulgore plenum; ibique scriptum: Longè & propè, ac super illum corona. Caufin. lib. 2. n. 11. Dionys. Lebeumbatillius, Emblem. 63. & Hæcht. præfat. Emblem. 55. ubi succinit:

Roma erecta fuit Juvenis florentis imago, Vestimenta ferens viridi depicta colore; Nomine Amicitia referens: qua semper eundem Invariata suum novit retinere vigorem. Fronte tenebat Hyems, Æstasque, notantia veros

Idem.

Adversis simul, & letis in rebus amicos. In medio hæc duo verba Procul propè pectus habebat; Quo simul, absentis notat & presentis amorem. Quod Mors Vita stetit vestis sub margine scriptas

Signant amicitiam nunquam succumbere morti, Verum perpetuum vite servare tenorem; Tempore quisque suum duro cognoscit amicum.

Probatio & series amici.

13 In ea pictura suberat explicatio (infit Greg. Gytald. syntagm. 1. n. 87. quem sequitur Caufin. d.) Forma juvenilis indicat amicitiam semper florentem, nullaque temporis diturnitate tepefcentem. Nudum caput, ut omnibus pateat, & amicus nullo unquam tempore amicum publicè faceri erubescat. Rude autem indumentum ostendit, quod amicus nulla ardua, extre-

manque inopiam pro amico subire recuset. Vita & Mors in vestimento scripta, quod qui vere diligit, usque in mortem amat. Æstas & Hyems, quia & in prosperis & in adversis æquè amicitiam servat. Longè & propè, quia vera amicitia nullo tempore aboletur, nec locorum intercapedine desungitur.

Exemploque monet, tales nos querere amicos, Quos neque disjungat federe summa dies.

Idem.

Filius eodem sensu ænigma atque antitheses exsolvit, quod dudum Dionysius. Non debet esse desultoria amicitia. Amicus certus in re incerta cernitur. Distantia haud pendet à locis, sed à cordibus. Non est amor, & errat, si finem querit amans Parvus, modo circino vitalitatis: finis ejus nec in fine. Oth. Vænius. Amor. Emblem. 124.

Oth. Væni.

Serò probatur amor, qui morte probatur: Et Mors solliciti finis amoris erit. Omnia cum rapiat mors non exstinguit amorem: Antiquus necdum pectore cessit amor.

Ita hyperbolicè de Amicitia decantant Ovid. Epist. 18. v. 206--23. vers. 48. & Joachim. Camerar. lib. 1. Emblem. 31.

Amicitia ultra mortem.

14 Etiam per hieroglyphica Amicitia à multis expressa. Pier. Valerian. lib. 54. cap. 32. inquit: Amicitia modis plurimis hieroglyphicè pingi sculpique potest, in Punica cum myrto: amant enim se invicem. Immo (ut observat Mattheolus in Dioscorid. lib. 1. cap. 117.) ad Punicorum feracitatem, myrtus juxta serenda est. Ideoque mutua earum insitio mirificè significat. Si quis igitur fructiferam amicitiam Ægyptiorum in morem scribere voluerit; apud coronam myrteam malis Punicis ornatum faciet: coronam enim ipsius forma, amicitiam qua quis mutuo devinctus est, poma illa fructum & utilitatem inde susceptam, indicabunt. Non alio intuitu quàm in concordia animorum signum, redimiri myrto Sylla jusit commilitones, in triumphum (ut in eo refert Plutarch.) ac in Ludis sic federe. Cum Concordia ejus collocata imago, uti diximus die 2. n. 22. & 20. Februar. n. 18. De federe Nasamonum in amicitiam, diximus, 22. Februar. n. 17.

Hieroglyphica.

15 Ampliorem plausum à Romanis meruit (præstigijs circulatoris demonis) translatio Penatium Deorum cum Vesta igneque sacro à Lavinio in Albam-Longam; de qua Plutarch. in Dieb. & etiam libell. de Libertat. Thebar. Adduxit Ascanius in Albam ex Lavinio, sed tota sacra supellex spontè Lavinium per acta regressa. Fuit Vestalibus (inquit Alexand. Neapolitan. 5. cap. 12.) ignis perpetuus in penetrabilibus sacris & penu Vesta velut sanctiore recessu conditus; in quo Palladium & Dij Penates Troja advelli, fata-

Palladij regressus in pristinum locum & adytum.